Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



·6el·

Secundo signat abrahā ysaac et aries. Ter nepotes. Sara. i. quia oblatus est ysaac

non est benedictus. Allegorice autem Abra
ham qui pater multarum gentium. vel pater ex
celsus interpretatur deum patrem significat. de quo
scriptum est. Excelsus super omnes gentes dominus.
ysaac uero filius eius. ihesum christum. qui usque
factus est obediens patri usque ad mortem.
Ara uero crucem designat. in qua ipse est immo
latus. Aries autem qui immolatur pro ysa
ac. caro christi est. Est enim xpsus deus et homo.
secundum diuinitatem quidem immortalis et im
passibilis secundum humanitatem uero passibilis
atque mortalis. Ipse ergo in cruce positus
solus aries immolatur. solus agnus occidi
tur. sola caro crucifigitur. Non enim secundum diuini
tatem passus est xpsus. Hec igitur causse existunt
quare pro ysaac aries est immolatus. Quod
autem arca cornuta et in capite arietis uepres
herebant. nonne tibi spinea corona esse
uidetur in capite saluatoris. Quid est autem
quod dominus abrahe loquitur dicens. Nunc cognoui
quod timeas deum. Numquid prius non cognouerat.
Tale est ac si diceret. Nunc te reputan
do et probando cognoui. idest. cognitum gentibus
cognitum feci quod timeas deum. Nisi enim abra
ham reputaret. eius obedientia uero cognoscere
retur.

Secundo signat abrahā ysaac et aries. Ter nepotes. Sara. i. quia oblatus est ysaac

de spinea corona. i. que signat. v. nepotes. et de cornu arietis. et de eius pene. Nunc cognoui

XXIIII

Vixit autem Sara centum uiginti septem
annis et mortua est. Quam empto
agro Abrahā sepeliuit in spelunca dupli
ci. In qua adam et eua abrahā et sara ysa
ac et Rebecca sepulti esse referuntur. In qua
et Iacob de egipto delatus est. Quid enim
per spelunci duplicem in qua patriarcharum
corpa requiescunt nisi celestem patriam intel
ligimus. Que ideo duplex dicitur quia
bona duplicia suis prestat. Unde scriptum est.
Duplicia omnia sua possidebunt. Ibi enim
usque ad iudicium sole aere. post iudicium at
aere et corpa cum beatitudine perfruentur.
Verum igitur non in sepulchris canaanorum
fecit in hac nobili spelunca uir sanctus et spi
ritu dei plenus uxorem suam sepelire uoluit.

de morte Sare et eius xpi et spelunca qua sepulta est. i. spelunca duplex. et de eius significatione

XXIIII

Post hec narratur. quod Abrahā precepit suo seruo ut poneret manum sub
ter femur suum et iuraret. quod non acciperet
uxorem ysaac filio suo nisi de cognatione
sua. Fecit igitur seruus. quod ei preceptum
fuerat. tulitque decem camelos de grege do
mini sui. Oneratuque eos ex omnibus
bonis eius. Et perrexit in mesopotamiam

de filio abrahā qui missus est pro uxore ysaac. et de iuramento sub femur suum et de eius signo.

inuenit Rebecca filiam Bathuelis filii nachor
fratris Abrahe dum fuit que uenerat ad pu
teum ad aurendam aquam. Cui inaures
et armillas uasa aurea et argentea tu
lit pro munere dedit. eamque domino suo acce
pit uxorem. Dicamus igitur quid femur
Abrahe quid ysaac quid seruus quid de
cem cameli quid Rebecca qui puteus
quid ornamenta sibi data quid ei pentes
et propinqui significent. Quid enim per
femur habrahe de quo sicut matheus euan
gelista scribit xpsus secundum carnem originem du
xit nisi xpi humanitatem intelligimus.
Magnum est igitur hec mirandum quod sup car
nem fit mundi conditorem. Quod autem
ysaac xpm significet apls testatur dicens non
dicit in seminibus qui in multis sed qui in uno.
et semini tuo quod est xpsus. Decem uero
cameli ppter est multitudo. Cui ideo de
cem fuisse dicunt quin denarius numerus omnes
in se numeros continet. Hic igitur est decem quod
omnis. Hic omnis quod decem. Oneratus enim conue
niens fuit ut ad Rebecca deferendam os
ptie ducentur. Oneratu pgunt cameli
qui magne sunt diuitie prophetarum. Sed
quis est iste seruus qui eos ducit. quis iqui
nisi apls xpi. Ipse enim paulus fuit
ibu xpi. Iste ergo inuenit rebecca iste
inuenit sanctam ecclesiam iste inuenit pa
tientiam. Sic enim interpretatur Rebecca. Ipse
est enim cui dominus ait. In patientia uestra pos
sidebitis animas uestras. Sed qualis erat Re
becca dicat moyses. Puella decora ni
mis uirgo quoque pulcherrima et incognita
uiro. Talis est igitur ecclesia non habens maci
lam neque rugam. Hec autem uenerat ad pu
teum sed uenerat ad aurendam aquam.
Sed quid inuenit. Seruos Abraham se
nos xpi eos inuenit qui uiuam et indefi
cientem aquam ferebant. Sic enim et muli
er samaritana dum uenit ad puteum hau
rire aquam xpm ibi repit. petentem
uiuam aquam. Sed multo melior rebecca quam
mulier samaritana. Ab illa enim aqua
exterminatur. Hec autem sua sponte promittit.
Illa enim dicit quomodo tu iudeus cum sis a me
bibere petis que sum mulier samaritana. Hec autem ait. bibe domine mi nam et ca
melis tuis potum tribuam. Sed quid est quod
iste aquam ab eis petit quibus aquam dare

XXIIII

de femore abrahe et eius signo et iuramento sup xpm

de Rebecca uxore ysaac que significat ecclesiam et de xpi prudentia

de cameli. et eorum significatione

de coopratione de deo et samaritana et eorum signo.